



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Doctrina Christiana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

deinde Legista, ultimo Medicus. Sylu.  
V. Doctor quæst. 2.  
V. Cap. Sede vac. n. 56. Fidei Professio. n. 24.

## A D D I T I O.

Ratione Doctoratus inter Canonicos  
Præsbyteros nulla datur præcedentia,  
nec præminentia. Congr. Rit. 19. Mart.  
1611.

## Doctoralis Præbenda.

- 1 C Anonici Doctoris, huius Præben-  
da, officium est, defendere iura  
Ecclesie, sive spectent ad bona, sive ad  
præminentiam Ecclesiarum. Garz. de be-  
nef. tom. 5. p. 5. cap. 4.
- 2 Neque dari debet illi in hanc causam  
aliquid aliud stipendum. idem ibid.
- 3 Sed debet eo casu haberi tanquam pre-  
fens in Choro. idem ibid.
- 4 Si exit à loco, debetur conueniens sti-  
pendium pro itinere, &c. idem ibid.

## Doctrina Christiana.

- 1 IN Dominicis, & festis diebus in singu-  
lis Parochijs doceantur pueri fidei ru-  
dimenta, & obedientiam erga Deum,  
& patentes, ab ijs, ad quos spectant,  
censuris etiam adhibitis contra eos, qui  
docere debent. Trid. sess. 24. cap. 4.
- 2 Sodalitas Doctrinæ Christianæ insti-  
tuitur. Prou. 2.
- 3 Vbi non potest, duo, vel tres homines  
ad id aptiores eligantur, qui adiuvent. ib.
- 4 Instituantur scholæ, etiam extra Paro-  
chiales Ecclesiæ, in locis commodiori-  
bus. Prou. 4.
- 5 Constituantur loca ab Ordinariis pro  
tradenda Doctrina Christiana. Pius V.  
A. 1571.
- 6 In singulis Vicariatibus constituatur ali-  
quis ecclesiasticus, qui scholas visitet,  
& tertio quoque mense Vicarium Ge-  
neralem certiorem faciat de eatum sta-  
tu. Prou. 7.
- 7 Scholæ onines eo ordine ubique insti-  
tuantur, ut unum corpus conflectur sub  
urbano Priore Generali. ibid.
- 8 A prandio conuocentur pueri. Prou. 1.
- 9 Clerici quicunque Choro non addicti

- 10 Parochum adiuvent. Prou. 5.
- 11 Grauiter moneantur parres, & domini,  
qui negligunt eam doceri filios, & ser-  
uos suos, iisque confessarii grauissimam  
pœnam imponant. ibid.
- 12 Non possunt compelli pueri ad discen-  
dam Doctrinam Christianam pœnis, &  
mulctis, sed ii quorum interest docere.  
Decisum refert Prax. Episc. V. Doctrina  
Christianæ §. 3.
- 13 Musicæ cantiones, symphoniacæ instru-  
menta arceantur ab his scholis. Prou. 7.
- 14 Visitentur à præfectis scholæ, neque co-  
tempore, quo scholæ habentur, concio-  
fiat. Prou. 3.
- 15 Indulgentiæ concessæ in hanc causam  
semel euulgentur ante Kalendas Maii,  
& in Kalendis ipsiis fiat communio cum  
processione generali. ibid.
- 16 Intra Missarum quoque solemnia Pa-  
rochi recitent Orationem Dom. Saluta-  
tionem Angelic. Symbolum Apost. &  
Decalogum, repetente populo rudiori,  
& saepius explicit. Prou. 5.
- 17 Antequam confiteantur, eadem pœni-  
tentes recitent. ibid.
- 18 Quæ si nescierint, & post certum tem-  
pus, ne audiantur, inconsulto Deputato  
ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. ibid.
- 19 Aliquis remitti potest prædictorum  
recitatio, iudicio eorum confessario-  
rum, quibus id Episcopis concederit.  
Prou. 6.
- 20 Confraternitates. nn. 31.

## A D D I T I O.

Potest Episcopus per viam præcepti pe-  
nalis obstringere Parochos ad docendū  
doctrinam Christianam; non autem sub  
pœna peccati mortalis. Congr. Episc. 22.  
Nov. 1592.

## Duellum.

- 1 Q Vi locum ad monomachiam in ter-  
ris suis concederint, eo ipso sunt  
excommunicati, & iurisdictione, do-  
miniove loci, quod ab Ecclesia obtinet,  
priuati intelligantur. Trid. sess. 25. cap. 19.
- 2 Si feudalia sint, directis dominis sta-  
tim acquirantur. ibid.
- 3 Si ex condicto permiserint, aut non pro-  
hibue-